



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

19. De Oswaldo Rege, cum in pauperes & peregrinos esset liberaliſſimus, dextera eius ab Episcopo Aidano benedicatur, quæ & postmodum defuncto Oswaldo mansit incorrupta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

peritis manè à ianitore foribus, nusquam pauper inuentus est, Christum pauperis nomine eo loci recubuisse creditum. Hic deinde anno domini 1054. gloriose vitam finiuit, vi. Cal. Maij, Romæ in Ecclesia S. Petri sepultus, miraculis claruit multis.

Venerabilis Beda lib. 3. historia Anglicana. Osvaldus rex cum in pauperes & peregrinos esset liberalissimus, dextera eius ab Episcopo Aidano benedicuntur, quæ & postmodum defuncto iam Osvaldo, mansit incorrupta.

CAP. XIX.

SANCTUS Osvaldus regni amplissimi caritate sublimatus, quod dictu mirum est, humiliter pauperibus & peregrinis seipsum humilis, benignus & largus fuit. Fertur enim quod tempore quodam, cum die sancto Deschæ cum Aidano Episcopo confedisset ad prandium, positusque esset in mensa cum eo discus argenteus, regalibus epulis refectus. Namque essent manus ad panem benedictum missuri, intrauit subito minister ipsius, cui suscipiendorum inopum erat cura delegata, & indicauit regi, quia multitudo pauperum undecunque adueniens maxima, per plateas sederet, postulans aliquid elemosinarum a rege. Qui mox dapes sibi met appositas, delicti pauperibus iussit: sed & discum confrangi, quæque eiusdem minutatim diuidi præcepit. Cum viso, Pontifex qui assidebat, delectatus tali factus

LIBER VI.

e8a

to pietatis, apprehendit dextram eius, & ait:
 Nonquam inueterascat hæc manus. Quod &
 una votum benedictionis eius prouenit. Nā
 cum interfecto illo in pugna, manus cum bra-
 chio à cætero esset corpore resecta, contigit vt
 lætenua incorrupta perduret. Denique in vr-
 be regia, quæ à regina quondā vocabulo Beb-
 la cognominatur, loculo inclusa argenteo, in
 Ecclesia S. Petri seruatur, ac digno à cunctis
 honore veneratur.

*Ioannes Moscus Emiratui in Prato spiritali cap. 185.
 (De auctoritate & antiquitate huius libri, vide
 præfationem Aloysij Lipomani in eundem.) De
 muliere Christiana, quæ elemosynis virum gen-
 tilem Christo lucrificat, & pecunias in pauperes
 erogatas, sextuplicatas, admirabili diuine prou-
 dentie modo recepit.*

CAP XX.

CUM in Samo Insula essemus, narrabat
 nobis venerabilis pauperum cultrix Ma-
 ria mater Domini Pauli candidati, dicens:
 Cum essem in ciuitate Nisibæ, erat ibi Chri-
 stiana mulier virum habens gentilem. Erant
 autem pauperes, habebant tamen quinqua-
 ginta numismata. Die verò quadam ait vir
 uxori suæ: Demus hæc numismata scenerato-
 ri, vt aliquod solatiū ex eis capiamus. Ea enim
 sigillatim consumimus, & deficiunt. Respon-
 dens autem illa bona vxor ait viro: Si placet ea

Ff 4

fecno-